Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

initate. de lineis non utendis ad carnem. de lectis plumis. de ieiuniis regule et constitutionibus. de observatione silentii in certis locis et horis. ad que omnia obligantur monachi et moniales. precipue ordinis benedicti. extra. de sta. mo. cum ad monasterium et etiam plures religiosi aliorum ordinum ex constitutionibus suis. Et licet prelatus possit in hiis dispensare. quod pro sim bernardum qui fit cum rationabili et urgente necessitate alias enim peccatum esset dispensanti et dispensato. plus autem minus secundum transgressiones ¶ Si obediendo male se habuit videlicet quia obedivit in malo in dicendo mendacium vel ex negligentia dimisit complere mandatum vel tardus fuit ad obediendum vel non affectuose sed querulose et dissolute non cum maturitate obedivit ¶ Si irreverens erga maiores fuit expresse sustinendo reprehensiones et cum indignatione. quantum est peccatum vere male nisi excessus magnus fuit. De ex.

Si vacavit otio. ¶ Sextadecimo quod est sentina omnium viciorum et contra ¶ Si inutiliter tempus expendit in faciendo ea